

Collegio Pontificio di Braunsberg, in Prussia

Informatio de statu Collegij Pontificij Braun-
sbergen habitata a Patre Decore eiusdem
Collegij de Mense Octobris 1668.

Collegium Pontificium Braunsbergen fundatum est
a S^mo D^{no} n^{ro} Gregorio XIII. anno 1578. sub gover-
nio et directione P. Societatis Jesu et sub
protectione Sac. Cong^gij de Propaganda fide.

P^{ro} Alumnorum in eo sub sustentatione assignata
sunt in annos singulos 1200. scuta auri in
auro pendenda ex officio Tabularum S^mi Dⁿⁱ
Mortis.

Numerus Alumnorum ab initio fundationis usque ad
annum 1620. circiter fuit 22. deinceps 24. et
hic numerus hucusque servatur.

Provinciae, in quarum favorem Collegium hoc
erectum est, ex quibus solum Alumni admitti
possunt, sunt istae: Suecia, Gothia, Vandalia,
Noruegia, Dania, Pomerania, Prussia, Livonia,
Moscovia, Russia, Lithuania, et Ingavia.
Quamquam postea a Paulo V. etiam Scotis
Locus in Collegio concessus est. Religiosi quoque
S. Basilij Magni ex speciali Privilegio admitti
sunt, sed ante annos aliquos cum novo jura-
mento more alienum Alumnorum obstringi
nolens iussu Sacra Congreg^{ne} sunt ex Collegio
dimitti, quod et factum anno 1663.